





Pri. 23. Num. 12.

21

11
Q. D. B. V.
EXERCITATIO JURIDICA,
DE

**INDEMNITATE
GESTORI PRÆ-
STANDA,**

1728, 3.

P. 229

Quam

In celeberrimo Gedanensium Athenæo DEO favente
SUB PRÆSIDIO

VIRI Consultissimi atqve Excellentissimi
DN. SAM. FRIDERICI

SSSSSSSSSS

J. V. D. ejusdemqve ac Historiarum Professoris Publici
ac Gymnasii Inspectoris

FAUTORIS AC PRÆCEPTORIS
SUI MAXIMOPERE COLENDI

IN AUDITORIO ORDINARIO

A. O. R. MDCCXXVIII. Die XXIV. Julii.

Defendet

HENRICUS ZERNECKE, Thorun.



GEDANI, Literis SCHREIBERIANIS.

EXERCITATIO JURIDICA

IN DETERMINATIONE
CAUSAE PRAE
STANDA

IN CAUSIS Q. HANCUMI AT. CAUSO DEO LAURENCE
PRAE FASSIDIO
PRAESENTATAE

AB A. SAM. FRIDERICI

ACTORIS ACTORIS
COLLEGIUM

ORDINIS
PRAESENTATAE
PRAESENTATAE
PRAESENTATAE





DE

INDEMNITATE GESTORI PRÆ- STANDA.

Conspectus.

Gerens aliena negotia civilitatis adesse mandatum, aut ex officii ne-
nociuæ exemplum præbet I. cessitate se gerere? VI. an si Domi-
ad indemnitate tamen à domino nus negotium rati habeat, adhuc
negotiorum perendam jus ipsi suc- derur N. G. actio? VII. Casus ubi
currit. II. quam actionem habeat ad cessat repetitio indemnitate, cum
eam & ad quas impensas repeten- limitatione. VIII. seq. pro invito
das? III. ea competit, licet non & prohibente solvens invito confert
amplius duret gestum IV. vel erro- beneficium X. qua ratione tunc
re alterius negotia gesserit. Quid solventi ratione indemnitate con-
si ille, cujus opinione gessit negoti- sulendum? XI.
um, id rati habeat? V. quid si putavit

A 2

Gestor

I.

Gestor non invitatus nec rogatus, sed sponte ad absentium & ignorantium negotia accedens, ut ea conservet, civilitatis nocivæ exemplum præbet, quando non solum exclusus ab omni remuneratione pro præstita opera *arg. L. 8. §. 1. L. 23. ff. de N. G.* sed insuper ad damna culpa sua, etiam levissima, illata domino refundenda conveniri potest *L. 24. C. de Usur. Bachov. ad Tr. V. 1. Disp. 10. tb. 5. lit. C. D. Vinn. ad §. 1. 7. de oblig. quæ quasi ex contr. n. 3* imo plane usuras exactæ pecuniæ, quas percepit aut percipere potuit, incivili domino reddere cogitur. *L. 19. §. 4. L. 31. §. 3. ff. de N. G.*

II.

Quia tamen industriâ suâ utilitatem domini promovit, dominus ipsi ad indemnitatem impensarum vicissim obligatus fit *L. 2. inf. L. 19. §. pen. ff. d. t.* Nam cum sit præceptum Juris naturæ: nemini officium suum debere esse damnosum, nec aliquem cum alterius damno locupletiolem fieri posse, quod etiam citra assensum privatum obligat, inde ad hanc indemnitatem de domini consensu præsumptio juris elicitur, quæ adeo fortis est, ut ne quidem probationem in contrarium admittat, si v. gr. ille probare velit, se nunquam huic obligationi consensisse. *Dn. Thomaf. in not. ad Strauch. Jus Justin. Diss. 26. tb. 14.*

III.

Ad hanc indemnitatem consequendam comparata est actio *N. G.* contraria, qua gestor necessarias & utiles impensas recuperat à domino,



mino, cujus absentis aut ignorantis negotia gesta sunt. *L. 27. inf. pr. L. 25. L. 45. ff. de Neg. gest. una cum uluris, quas vel ipse praestitit nomine pecuniae, in usum domini ab aliis mutuo acceptae, erogataeque, vel ex sua pecunia, in utilitatem domini expensa, percipere potuisset L. 2. inf. L. 19. §. pen. ff. d. i. L. 18. C. eod. L. 37. ff. de Usur.*

IV.

Hæc actio ad indemnitatem gestori adhuc competit, licet non amplius duret erogatorum utilitas, ut si domum fulsit, quæ deinde exulta, sufficit enim, quod quoad intentionem ab initio utiliter erogatum fuerit *L. 10. §. 1. ff. & L. 10. C. d. t.* Quæ intentio ubi cessat, à contrario eventu gestor etiam hac actione privatur *arg. L. 3. §. 7. & 8. L. 17. ff. de in rem verso.* Quare quoque si ultra, quam requirebatur, impenderit, non ultra, quam quod debebat erogare, recuperare potest *L. 25. ff. de N. G.*

V.

Si quis putaverit, se Titii negotia gerere, cum illa sint Mevii, adversus Mevium ad indemnitatem efficaciter agitur *L. 5. §. 1. L. 6. §. 8. ff. de N. G. arg. L. 29. ff. Comm. divid.* Non enim necesse est, ut quis præcise habeat animum sibi obligandi illum, cujus verè negotium gestum est, sed sufficit, quod ejus voluntatis ac opinionis fuerit, ut aliena negotia gereret. Si id quod gestum Titius ratihabuerit, etiam adversus hunc actio competit, quia ratihabio facit negotium ejus, cujus istud ab initio non erat, sed per errorem ipsius contemplatione gestum fuit *L. 6. §. 9. & 10. ff. de N. G.* Titius tamen hoc casu post ratihabitionem ei, cujus negotium verè erat, ita hac actione tenebitur, ac si ipse gessisset, *arg. L. 3. §. ult. L. 21. §. ult. ff. eod.*

VI.

Errore lapsus existimans, mandatam sibi fuisse gestionem, cum non fit, adhuc negotiorum gestorum actio gestori concedenda erit *L. 5. ff. d. t.* Et qui credit, se ex officii necessitate ad gerendum negotium esse obstrictum, cum talis nulla subit necessitas, etiam dicta actione recte utitur *L. 3. §. 10. L. 19. §. 2. ff. L. 6. C. d. t.*

VII.

Si dominus id, quod nomine ipsius gestum est, postea ratum habuerit, adhuc superesse dicitur N. G. actionem in *L. 9. ff. & L. 9. C. d. t.* quasi tali ratificatione nihil actum fuerit. Contra mandati actioni locum fore, ex *L. 60. ff. de R. J. & L. ult. C. ad Senat. Maced.* dici potest, quia ratihabitio mandato æquiparatur, & ad initium negotii retrahitur. Pro conciliatione distingvendum, an ratihabens mentem mandandi habuerit, an non. Priori casu actioni mandati locus dandus erit, posteriori iudicium N. G. remanebit, quia ex mente agentium alia quoque negotia æstimantur *L. 7. §. 12. ff. de pact.* ubi in dubio ex animo dicitur statuendum, an pactum, an stipulatio intercesserit.

VIII

A petenda indemnitate sua gestor excludendus est, si, initio inspecto, nulla ad dominum pervenire potuit utilitas, ut si indebitum solvit, vel plus quam debitum erat *L. 25. ff. de N. G.* Vel si pecuniam pro debitore solvit, cuius ob jus retentionis intererat pecuniam non solvi *L. 43. ff. eod.* vel si tantum voluptatis causa sumptus erogavit *L. 27. ff. de t. L. 3. §. 4. ff. de in rem verso.* Nisi Dominus respectu rerum inutiliter, aut voluptatis tantum causa, aut etiam male gestarum



gestarum ratihibitionem interposuerit. Nam impensa qualiscunqve ratihabita reddenda est *L. 9. ff. d. i.*

IX.

Quæ pietatis causa impensæ sunt factæ, ut si mater liberos aluerit *L. 34. L. 44. ff. L. 1. C. de N. G.* pater sumptus studiorum subministraverit *L. 50. ff. Fam. ercisc.* nec repetuntur hac actione, Nisi quis velit docere, se non pietatis intuitu, sed animo repetendi impensas fecisse *d. l. 34. inf.* Ita si impendia faciens habeat administrationem rerum ad eam, in cuius usum utilitatemqve impendit pertinentium. His casibus enim repetitioni locus est, cum constet, non de suis sed ejus bonis, cujus gratia impendit, erogare voluisse *arg. L. ult. ff. de pet. hered. Sande l. 2. tit. 8. def. 3.*

X.


Inviti & prohibentis negotia gerens ad indemnitatem nullam quoq; actionem habet, quia invitorem negotia non geruntur *L. ult. C. de Negot. gest.* Liberatio tamen ex solutione prohibiti prohibenti contingit, adeoque invito beneficium datur, contra *L. 69. ff. de Reg. Jur.* & rationem, quod cuilibet beneficium spernere & fastidire liceat. Nam hoc limitandum, si non solius, de quo hic agitur, sed & tertii interesse versetur, ut hic creditoris, tunc enim per indirectum invito quoque beneficium datur. Harpr. *ad pr. J. Quib. mod. toll. oblig. n. 38.* Atque hac ratione pro damnato ad mortem, quamvis repugnante, rectè appellatur humanitatis ratione *L. 6. ff. de Appell.* differendumque interim supplicium, quia hominem servari cujusvis interest *L. Cum ratio 7. ff. de Bon. damnat.*

XI, Ita



 XI.

Ita vero non videtur actionem dari ei, qui pro invito solvit, quā indemnitate repetat per *L. ult. C. de N. G. arg. §. 1. J. de Oblig. ex quāse contr.* cum ad solvendum mandato destituebatur, & tantum ignorantium, non prohibentium negotia geruntur. Quia tamen solutione prohibens debitor liberatus, ne cum solventis damno fiat locupletior, ex æquitate videtur consulendum ipsi actione negotiorum gestorum. Vel à creditore ei cedenda actio. Huber. *Praelect. ad Instit. tit. Quib. mod. toll. oblig. §. 4.*



ULB Halle 3
002 178 486



sb





Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Pr. 23. Num. 12.

21

Q. D. B. V.
EXERCITATIO JURIDICA,
DE

**INDEMNITATE
GESTORI PRÆ-
STANDA,**

1728, 3.

Quam

In celeberrimo Gedanensium Athenæo DEO favente
SUB PRÆSIDIO

VIRI Consultissimi atqve Excellentissimi

DN. SAM. FRIDERICI

W B L S S B S R S I

J. V. D. ejusdemqve ac Historiarum Professoris Publici
ac Gymnasii Inspectoris

**FAUTORIS AC PRÆCEPTORIS
SUI MAXIMOPERE COLENDI**

IN AUDITORIO ORDINARIO

A. O. R. MDCCXXVIII. Die XXIV. Julii.

Defendet

HENRICUS ZERNECKE, Thorun.

GEDANI, Literis SCHREIBERIANIS.

